Catullus 15

- 1. Commendō tibi mē ac meōs amōrēs,
- 2. Aurēlī. Veniam petō pudentem,
- 3. ut, sī quicquam animō tuō cupīstī,
- 4. quod castum expeteres et integellum,
- 5. conserves puerum mihi pudīce.
- 6. Non dīco ā populo. Nihil verēmur
- 7. istōs quī in platēā modo hūc modo illūc
- 8. in rē praetereunt suā occupātī.
- 9. Vērum ā tē metuō tuōque pēne,
- 10. īnfēstō puerīs bonīs malīsque,
- 11. quem tū quā libet, ut libet, movētō
- 12. quantum vīs, ubi erit foris parātum.
- 13. Hunc ūnum excipiō, ut putō pudenter
- 14. quod sī tē mala mēns furorque vēcors
- 15. in tantam impulerit, sceleste, culpam,
- 16. ut nostrum īnsidiīs caput lacessās,
- 17. āh tum tē miserum malīque fātī,
- 18. quem attractīs pedibus patente portā
- 19. percurrent raphanīque mūgilēsque.
- 1. I entrust myself and my loves to you,
- 2. Aurelius. I beg a modest favor—
- 3. if ever your heart has longed for anything
- 4. which you would dearly hold chaste and untouched,
- 5. then you would honorably keep my boy safe.
- 6. I don't mean from the public. We fear nothing
- 7. from those passing on the street, this way and that,
- 8. occupied by their own business.
- 9. Truly, my fear is from you and your penis,
- 10. menacing to boys, both the good and the bad.
- 11. You shall thrust it where you wish, when you wish,
- 12. however much you want, when it is primed forth.
- 13. Just this one I exclude—so I humbly deem
- 14. that if your evil mind and wild madness
- 15. would drive you, scoundrel, to so guilty a crime
- 16. that you might molest our head by scheming guile—
- 17. Ah! then you, miserable and of wretched fate,
- 18. being bent forward, with entryway exposed,
- 19. will be run through by both radishes and mullets!